

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. IIII. Quinque pœnarum, & afflictionum genera singillatim explicantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

# Gymnasium Patientiae. Pars I.

9

psalm. 35.  
vers. 7.  
August. in  
psalm. 97.  
adversitatem  
psalm. med.  
michi pag.  
453.

id commeritum fateor. Cur puniantur ceteri, meum non est, à Deo ejus rei rationem poscere. Hoc scio? Indicia Dei abyssus multa. Vigilat semper divinus ille oculus, & cum dormire eum censes, connivit.

Aug. ibid.  
p. 454.  
Lipius. 1. 2.  
de Conf.  
e. 8. Oratio  
min. & de-  
purgatio.

Ad arcum hoc rectius intelligendum Augustinus attentionem excitans: *Videte, inquit, fratres mei, adverte: illi Deus irascitur, quem peccatum non flagellat. Nam cui verè propius est, non solum donat peccata, ne sequantur ad futurum seculum: sed etiam castigat, ne semper peccare delendet.* Quā in re Deus medicum agit, sed talem, qui exploratissimè norit, quid cuivis ægrotorum expediat. Dic mihi, cur medicus huic plus ablinthii aut ellebori miscet, quam illi nēmpe, quia morbus ejus pustulat, aut natura. Idem cogita de Deo, qui Augustini ore sic alloquitur ægrotum: *Ego cori quem curio, non nulli det qui egrotat consilium. Tanquam emplastrum mordax urit te, sed sanat te. Rogas medicum, ut tollat emplastrum; & non tollit, nisi cum fuerit sanatum, quo posuerat. Virtus in infirmitate moneta per perficitur.* Hinc verissimè videtur dictum: *Vt nica & non igum exstallax virtutis obrussa, & probatio est afflictio.*

## CAPUT IV.

### Quinque pñnarum & afflictionum genera singillatim explicantur.

IUllerat sibi Magnus Princeps symbolum pingi hunc in modum: Aquis innatabat cucurbita, & tanquam fortis sue intelligens loquebatur conceptis his verbis: *Luctor, non mergor.* Nimurum cucurbitas nature docet corporis spongea levitas. Ab hoc symbolo non multum abudit, quod Claudius Paradinus refert, illustri viro Admirallo Chabotio, symboli vice ventofam pilam seu follem fuisse, addita inscriptione, *Concussus surgio.* Nimurum hi folles verberibus volare decidunt.

Plurimi hominum non aliter quam plagi discent sapere; tum cælum aspirant, cum eis terra sorde re incipit; mentem ad æterna erigunt, cum illis inter caduta & fluxa male est. *Concussi surgunt*, ut folles vento turgentis, qui quo gravius feriuntur, hoc altius volant. Atque hoc priore triplici capite demonstratum est. Nunc progradientur ad ipsas afflictionem & calamitatum formæ seu species, quarum decem possumus.

#### §. I. VIRGÆ.

In gym-  
nasio pa-  
tientia in-  
strumenta  
cruciabi-  
lia.  
2. Virga.  
473.

Aug. in  
psal. 102.  
ante med.  
michi pag.  
Idem  
firm. 74.  
Seneca  
epist. 76.

Primum in Patientiae gymnasio cruciabile instrumentum, quo discipuli castigantur, sunt V I R G Æ. Afflictio nemini non nota M O R B U S est. Equis tam firmæ valetudinis, qui non subinde plagas sentiat ab his Virgis? Vix ullus hominum tam *fatuus* est, qui se hominem morbis obnoxium *oblivisci* possit. Robustissimus quisque interdum, mortuis & vellicatis, sentit. Vel enim caput, vel oculi, vel dentes, vel brachia, vel stomachus, vel crux doloribus tentantur. Et miratur hoc? morborum seminarium sumus, & novum fit nos ægrotare? In quo visu genere ægrotudin locus est. Mox ubi nascimur, ægrotare incipimus, quod Augustino credemus: *Quis enim, inquit ille, non ægrotat in hac vita: quis non longum languorem trahit?* Nasci hic in corpore mortali, incipere ægrotare est. Quid ergo ad morbi accessum trepidamus?

*Hec vita, morbus est perpetuus.* Sed est etiam, mihi credere, in morbo virtuti locus. Hisce vera vox Ambrosii: *Infirmitas corporis, sobrietas mentis est: infirmitas, virtus officina est:* Atque ut Hieronymus loquitur: *Satis est stomachum dolere, quam mentem.*

Fuerunt, sed pauci, qui ad octogesimum annum integrum valetudinem perduxerint, demum inclinare

A coepit domus, demum solvi, & collabi. Hoc sciamus, neminem ferè rectius ægrotare, quam qui sanus apud ægrotos id sepius dicit, hic quisque ex seipso querat: Si tu hoc loco sic quid facias, qui te geras, quam sedatus ac placidus loquendo, quam patiens dolores perferendo?

Illud desperatissimi hominis est & perditè vitam amantis, à magis valetudini subfidiuit querere. Numquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consultandum Beate vobis, 4. Reg. c. 1. Deum accaron? Ad Deum nos morbi trahant, non ad hostes Dei, non ad diabolum.

Hebrei à morbis immunes & cladibus, oblivious bantur Numinis: *At ubi Multiplicata sunt infirmitates* psalm. 15. *eorum, postea acceleraverunt. Cauterio collum, pes, bra- vers. 4.* chium inuritur, ut ntelius habeat caput: ita Deus morborum cauterio percurrit corpus, ut valeat spiritus: *Infir- Eccl. c. 31.* mitas græcæ sobrium facit animam, dixit Siracides. Et sane vers. 2. multò melius est ardore igne februm, quam flammis viriorum.

B Multitum demum vitam voluptatem naescant, cum ægri sunt. *Eccl. dixit Gregorius: Divina di- en- fatione agitur, ut proliviæ vitiæ, ægrotio prolixior exurat.* Greg. Ha- mil. 19. *Egent diuturno sepe flagello mali & inemendati mo- res nostri. Quod si Deus tam asperè percutit ubi par- cit, quam asperè percutiet, ubi leviet?* Et quam illuc distinctione feret, quos reprobat, si sic cruciat quos amat.

Ioannem anachoretam (Ruffino, Aquilejeni teste) Ruffin. A- quidam è religioso cœtu rogavit, à febri tertianâ se li- quel c. 1. in beraret: At ille: *Rem tibi sit, necessariam cupis abi- vit. à Ioan. ceare. Ut enim sapone pani lavantur, sic mentem morbi eiunt. Corporis morbus, animi salus. Virtus in in- propria fia- nem. firmitate perficitur.*

Hanc ipsam ob caußam religiosissimus olim senex Ruffin. 1. (uti complures memorant) discipulo suo ægrotanti psalm. 157. dixit: *Ne tristis, fili, ob morbum corporis. Si ferum Pelagius i- bell. 7. n. 16. per hunc ignem rubiginem exues; si aurum es, no- Pafib. c. 20. vum nitorem indues.* Non igitur angaris animo, si Deus torquere te velit, & in morbo esse, tu quis es, qui divine resistas voluntati, aut eam molestè feras? Itaque sustine, & roga Deum, ut quod ipse vult, & tu quoque velis.

Profectò si rem ad vivum rescelimus, Morbus tan- Morbus timi momenti à Deo munus est, ut id centum annorum tantù mu- obsequis rependi non possit. In morbo invitamus ad id obli- faciendam pacem cum Deo, quem forsitan ante bellò impio lacestrivimus. Beatus Gregorius: *Admonendi sunt ægri, alt, ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis,* que & admissa peccata diluit, & ea que admitti poterant, qui re- competit. Sapientissime dixit Salomon: *Litor vulneris Prover. c. 20.* absenter mala. Nam Gregorio interprete, flagellorum do- vers. 30. lor vel cogitat, vel perpetratas nequitias diluit. Quapropter Greg. p. 3. admonendi sunt ægri, ut eò se filios Dei sentiant, quod illas disciplina & flagella diligant. pastor ad- monit. 3. Nisi enim correctis hereditatem dare disponeret, eridire eos per molestias non curaret. Ideo afflic- med. tus & ægri corporis seipsum soletur & dicat: Satis est me amari, satis est spem esse securam: pereat corpus ne- cessariò peritum, modo non pereat animus.

Equis doleat iverus tuguriolum eo fine destrui, ut domus extratur nova? Ita nec æger, liceus vicinus morti, moreat: *Scimus, quoniam si terrena domus nostra dissolvatur, quod edificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, eternam in celis.* z. Cor. c. 5. vers. 1.

Sed objecceris: Valenti ac sano facile est solari & gru; alter loquimur, cum aliud sentimus. Quis ægrotorum cedat valetudinem fractam, integræ præterendam? Cum bona venia tua, mihi homo, hac in re nimis te hominem fateris, & Christianæ discipline planè imperitum. An illud Pauli ignoras? *Cum infir- z. Cor. c. 12.* mor, tunc potens sum. Hoc ipso sensu Gregorius dixit: vers. 10. *Adversitas vitæ dum afferitate suis sanctos comprimit, via propria juc- lentiore*

# Gymnasium Patientiae. Pars I.

lentiores reddit. Caro molibus, anima duris nutritur; illa delectationibus pascitur, haec amaritudinibus vegetatur; & inde spiritus in perpetuum moritur, unde ad tempus caro suavitate vivit.

Sed sine queso, tuis hic objectiunculis respondeam: Dura res est dolor, inquis. Sed jure responderet: Imò tu mollis es.

Pauci dolorē ferre potuerunt. n. Simus ex paucis. At istabeciles naturā sumus. n. Naturāq; infamari poli, illa nos fortis genuit.

Ecquis dolorem non fugit? n. Sequitur ille fugientes. Si exiguis est dolor, feramus; levis est patientia: Si gravis est, feramus; non levis est gloria. Sed fatus plus laborarem, plus virtutem operaret. n. Imò minus. Nam & te puta verissimè dictum ab Augustino: *Quam multi scelerati sani sunt, qui innocentē agorant.*

*Augustinus  
tract. 7. in  
Iohann.*

quam dives est, qui sanus est! n. Jam incipit Deo gratius esse: Etiam hoc inter morbi commoda numerandum: Valetudinem tunc primū astimamus, cum amissimus.

O quam fratris iam viribus sum! Hic tibi Bernardus responderit: Melius est frangi laboribus (& doloribus) ad salutem; quam remanere incolores ad damnationem.

O quale doloris mancipium sum! n. A teipso ocu-  
*Bernardus in-  
ter. doce-  
6.46.*  
*Iohann. c. 53.  
v. 3. & 4.*  
*Psalm. 22.  
vers. 4.*

los in Christum crucifixum fleo: aspice virum dolorum & sentem insinuatam. Verè enim languores nostros ipsi sufficiunt, & dolores nostros ipse portavimus.

Ah quando tandem finis erit tam pertinacis morbi? n. Frigidi amoris indicium est, vix dum bene copisse, pro Christo pati, & mox finem suspirare.

Se si sanus essem, jam me in templo cælestibus sacramentis expiarem. n. Optima, mihi credere, scelerum expiatio est, vel solùm mediocre in morbo patientia.

Ergo quod beatus Gregorius monet. Dicendum est ergo, ut hi cælestem patriam, suam esse credunt, nece-  
*Psalm. 44.  
vers. 6.*

fariò hinc labores velut in aliena patientur. Quisquis in morbo est, divina bonitati se commendans dicit: *Virga tua & baculus tuus ipsa me confortata sunt.* Hic pun-  
*Matt. 1.26.  
vers. 38.  
G. 46.  
Ecclesi. c. 25.  
vers. 17.*

Non pigeat, oro te, Lector, videre quæ noster æ-

ternitatis prodromus ad compenendos ægroti mores

dissertat. Hic nobis non licet esse prolixioribus.

## S. II. SAGITTÆ.

*2. Sagittæ.*

*A*nimi mæores & angores, SAGITTÆ sunt, omni gladio acipiunt perterritibiles. Rex David nimirum pascit has sagittas sentientiæ: *Sagittæ tuae,* inquit, *accutæ.* Sollicitudines, tædia, mœfitiae, pavores, ægritudines, animum ut sagittæ vulnerant. Omnimis miseria-  
*Psalm. 44.  
vers. 6.*

rum pæne maxima est, animum habere saucium. Sicut enim animi voluptas, longo post se intervallo ceteras

relinquit voluptates, sic animi dolor & ægrimoniam do-

lores alios longè superat.

Christus reparator Orbis in clivo Olivario, & in monte Golgothæ, non flagellorum icus, non vexi-  
*Matt. 1.26.  
vers. 38.  
G. 46.  
Ecclesi. c. 25.  
vers. 17.*

aculeos, non clavorum cruciatus quereratur, sed ani-

mi mœfitiam, & se à patre derelictum in patibulo ex-

clamabat. Ægrimonia Christi fuit inexplicabilis, hinc illæ voces: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Animi vulnera

omnem doloris acerbitudinem vincunt. Hinc illud Sira-

cida: *Omnis plaga, tristitia cordis est.*

Suos quandoque Deus in eas angustias adducit, ut

rebus omnibus urgeantur. Et quod supremum malorum est, videntur sibi offerre summum habere D E V M.

Spem tam non ponunt, sed usque & usque clamant:

*Domine Deus in die clamavi, & nocte coram te. Quia, reple-*

*ta est malis anima mea, & vita mea, inferno appropinquavit.*

*Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea.* Vel (ut alii legunt) afflicitus sum ego, & expiranti fugilis; ab ado-

*psalm. 87.  
vers. 2.4.  
C. 16.*

buntur. *Quare contempssi verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo?* *Quamob; v-*

*erem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, &* *quod despexeris me.* Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua. Tu enim fecisti abscondite: *ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu oculi.*

Pæne tot sagittæ, quot verba. Nimum quantum hæc spicula

ex alto missa penetrarunt cor regium. Sagittæ, & quidem numerosæ infixa sunt illi. Nec tamen decet solatium; nec animum despondet rex David. Nam eti-  
*2. Reg. 6.18.*

sagittæ Dei penetrant, inhærent, urant, lacerent, bre-  
*psalm. 16.  
vers. 19.*

vvi tamen excidunt. Mors certè velut chirurgus omnes extrahit. *Etenim sagittæ tuae transiunt, vox tonitru-*

*Quot-*

*lescentiæ tali terrores tuos, & trepidavi.*

De Hebreis ex Egypto proficiscientibus narrant divinæ paginæ: *Et viderunt in Marâ, nec poterant bibere aquas de Marâ, eo quod erant amare, &c. ibi constituit ei pra-cepta, atque iudicia. & ibi tentavit eum. Hic quæsierit ali-quis: Obfero. Domine, num eum commodior locus san-cientiæ tui legis nullus erat? num deterrimus huic negotio? Cuius est eis opportunissimus? Hic sitim ipse aquæ exasperavit.*

Sed quid tibi vis argutatrix ratio? *Ibi constituit ei iudicia atque præcepta, & ibi tentavit eum. Commodissimus huic rei locus fuerat qui incommodissimus. In op-  
*Loc. cit.**

rioribus terris, & inter delitias Lex Dei plerumque contempuit: *No vera virutum omnium est felicitas.* Adversis pressi, & rerum suarum trepidi, timere Nu-  
*In adversi-  
men ciuius dicunt, quænos felicitas ad lasciviam Deum ti-  
muntur. Panè nunquam vicinorem habemus Deum in-  
tremere dia-  
scimus, quæm in arco cōstituti. Ego ob caussam Nahum pro-  
*Nahum c. 6.**

pheta: *Dominus, inquit, in tempestate, in turbine viæ ejus.* Inter fulgura, tonitru, & fulmina accedit ad nos

Deus, tum plerunque nobis propior, cum afflictio-nis turbo procellosior. Gregorio teste. *Mala que nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.*

Nobilissimum illud par amicorum Ionathas & *1. Reg. 6.18.* David ita invicem pascitcebantur. *Ego, inquit Iona-  
v. 20. 21.* *thas, tres sagittas mittam, & jaciam quasi exercens me ad si-  
gnum. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade & affer mihi sagittas. Si dixeris puer: Ecce sagitta intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Da-minus.* Quotidie Deus, quovis momento sagittas suas emittit arcu, omne genus ægritudinum in homines ef-fundit.

Quisquis hac fali sagittæ tangeris, non expallescas *Et ad vul-  
nus non non expalle-sces.* *Ecce Dei sagittæ intra te sunt; pax tibi est,* & nihil est mali. Hæc vulnera sanitatis sunt signa. Sed foedus, inquis, hæc, jacula mentem lacerant, & dolores saepe maximos inurunt. Angi, poenitere, tristari, dolere, metuere, horribilia sunt animorum tormenta. Sint ve-  
*Exemplum  
Davidis,*

ra hæc omnia. Nihilominus si jacula hæc in te missa æquo animo admittas, ne formida, *pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus.* Regem Hebreum David aspice, qui seipsum plus simplici vice vulneratum sentiens: *Sagittæ tue, inquit, infixa sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* Non tantum in se jactas, sed inhærentes & infixa sibi sagittas ingemiscit. Plurima erant quæ regem hunc sollicitabant, angebantque. Vix nascitus Bersabea filius, & moritur. Nubili filiæ Thamari ab Amnone filio vi-tium offertur. Ipse Amnon temulentus ab Absalone fratre in convivio trucidatur. Hunc ipsum Absalonem degenerem proflus filium optimus pater, jam solio pulsus, jam diademate orbatus fugere ut hostem co-  
*psal. 37.  
vers. 3.*

Dicitur. *Ego quænum altis vulneribus infixa sunt Davidi hæ-  
sagittæ! nec una solū alterave, sed grandi numero  
in unius caput convolarunt.*

Et quænum aculeata fuit illa Nathanis concio aperti-  
*2. Reg. 6.18.* simè piontiuntatis: *Tu es ille vir. Quare contempssi ver-  
bum Domini, ut faceres malum in conspectu meo?* *Quamob; v-* renum non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, & quod despexeris me. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu oculi. *Exemplo  
Davidis,*

*psalm. 16.  
vers. 19.*

*Quot-*

# Gymnasium Patientiæ. Pars I.

11

Quotquot in nos Deus sagittas effuderit, brevi omnes aufeſtūr à Machaoniam manu: monumentum effauldō productius, quo affligiſtūr. At verò vox illa tonitru: ite in ignem aeternum, ite, ite; aeternūm flete, aeternūm ardete. Ne vocem istam aeternitatis rota aeternūm volver; tonitru: iſtud nunquam cefſaturum aeternūm fragoribus paveſac̄t̄ damnos, & velut jaculis nunquam definet reos configere. Nūc verò tranſeunt sagittæ Domini, quas ideo argenteas & aureas jure dixeris, nam & à Deo ſunt, & cito transvolant, & immortali p̄m̄io donant vel mediocrem patientiam.

Dicitumnum cervis caprisque noſtissima herba, quā gūſtā ſagittas ē ſauciſ membris ajunt excidere. Ita Maronem exaudio:

*Yngil. l. 12. — non illa feris incognita capris*

*Gramina, cum tergo volucres huc ferre sagitte.*

Itāne feræ, cūm ſagittis ſauſiantur ſua norint pharma-  
ca ſponte naſcentia? & noſtra deſit ægrimonias me-  
dela? Haec ipſa cogitatio, ſi paullō ſit attentior, de ſa-  
gittis Domini citò tranſitūs præſtans pharmacum eſt, quid enim dolores omnes magis mitigat, quām il-  
lud ſerio cogitatū.

— dabit Deus hiſ quoque finem.

Quem excipiet Aeternitas non finienda. Annatus philoſophus Meceñatē in plūmis jaſcentem, & miſerūm in cruce pendēt̄ conferens: Mæcenati, ait, ſomnus per lymphoniarium cantum, ex lōgīnquo lenē reſonantium queritur. Sed mērū ſelicit ſopiat, & mille voluptatibus mentem anxiā fallat: tam vigiliabit in plūmā quām ille in cruce. Sed illi ſolatium eſt, pro ho-  
neste (nos dicamus, pro Christo) dura tolerare, & ad cauſam, à patientiā respic̄t: hunc voluptatibus mar-  
cidum & felicitate nimia laborat̄, magis his, quae patitur, vexat cauſa patiendi.

Animus ægrimonias tabescens, voluptatibus nun-  
quām ex ſolido ſanabit̄. Turbat̄ menti maximum ſolatium eſt pro Christo dura tolerare, & poſt cele-  
rem mali finem, voluntates expectare aeternas.  
Ergo duremus, in vicino eſt beata AETERNITATIS. Quæcunque dura & moleſta, quæcunque gravia & horribilia, quæ quicquid patitur in hac vitâ, ut Auguſtinus docet, in comparatione aeterni ignis, non tantum parva, ſed nulla ſunt. Suum haec omnia jam finem proſpiciunt; nullo claudetur fine Aeternitas.

## §. III. FACES.

3. Faces. Paupertas virtutis ſum-  
ma. Deus va-  
riū utur in ſchola patientiæ.  
Paupertas virtutis ſumma. Deus va-  
riū utur in ſchola patientiæ.  
Ang. 10. 10. ſerm. 190. de Temp. ante med. mihi pag. 298.

**A**ccenſa FACES, Paupertatis ſymbolum ſunt. Paupertas efficas virtutis instrumētum eſt, mo-  
dō nanciatur hominem, qui co poſſit uti. Variè D E V S hoc instrumento uti in Patientiæ gymna-  
ſio. Sunt, qui eo paupertatis redacti, ut nec pane qui-  
dem ſat fami ſue mederi poſſint: Sed nec manu pa-  
rare viuctū queunt: digni prorsus miserationis. De his illud Diogenis ſendum: Paupertas non par a ex-  
gritudine eſt. Alii diſſicultate domesticâ laborant, qui-  
bus fame potior eſt pudor, verecundi pauperes. Non  
minùs quām priorē digni mifericordia. Alii ex ege-  
ſtate quidem pauperes ſunt, ſed non minùs ignari, &  
mendicitaris non diſſiculter emergerent, ſi prius exi-  
gnaviā. Laborem fugiunt, ideo in mendicitaris caſles  
incident, otiani malunt, quām non eſfurire. Alii strenue  
quidem laborant, ſed domesticis malis impediti ege-  
ſtatem non effugiunt. Sunt quos opulentos putes, ſed  
pēnd animam debent, & alienum grande conſularunt.  
His optimè dixeris: Dives eſt, qui obvaurus non eſt.  
Sunt qui ſibi ipſis videntur inopes, cūm tamen non  
tam inopiam laborent, quām avaritiā: viuctū iis non de-  
eſt, ſed ei pompa etiam adjungere euperent; non  
tantum eſſe ac veſtiri, ſed edere laute, veſtiri ſplendidē  
veſtent: quos ſaepius audias dicere: quām multa mihi

A deſtit! Hi non paupertim i, ſed pēne miſerrimi ſunt, quibus forte ſuā non contentis nil ſatis eſt. His proximi ſunt, de quibus Chryſtoſtomus dixit: Paupertatis no- Chryſtoſ.  
men reges non effugerunt. Vnde deponit ſit paupertas, vir- homil. 12.  
tutis efficax instrumentum eſt, modō illo non male in epiphad  
Timotheus.

Veriſſime dixit Seneca: Paupertas nulli malum eſt, niſi repugnant. Chryſtoſomo, Egēſtas ſanitatis mater eſt. epiph. 123.  
Auguſtinus paupertatis encomiastes ausus eſt dicere: Auguſtinus.  
Omnis Philoſophia magistra nobis inopia eſt. Effa- in Psal. 76.  
tum longe veriſſimum: quidquid paupertatis hostes contrā ganiſſant. Paupertas artium inuentrix, nulli ho- Basil. in  
minum probro eſt, niſi probroſo, uti praetare dixit Hexam.  
Basilis: Pauperem compellari non eſt probroſum.

Paupertatis igne, hiſque facibus adurit nos Deus, ut vel dormitantes excitet, vel peccantes caſtiget & purget, aut etiam conſtanttes munaret. Iam olim id pre- monens: Et convertant, inquit, manum meā, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſlammam tuam.

Rogarat aliquotes per ſervos Absalon Ioabum belli ducem, veſtiret ad ic. Nunquam venit. Quid fa- 1. Re. c. 14.  
ceret ergo juvenis regius? Faſti regum recenſent: Cūm que secundo miſiſet, & ille noluiſſet venire ad eum, dixit ſeruſ ſuis: Scitis agrum Ioab juxta agrum meum laborem messen bordei? Ite igitur, & ſuccide eum igni. Haud aliter Deus plurimos, quos aut contumaces habet, aut certe (ni preveniat) contumaciam oſtenturos prævi- det, paupertatis facibus ad meliora compellit, do- cētque mitescere.

Id porrò in Patientiæ gymnaſio cum primis di- Paupertas-  
ſendum, ne paupertas minimè mala, nobis ſit ma- te nō ma-  
lum, & māle uteribus. Siracides cautos redditurus: è utendū.  
Propter inopiam, inquit, multi deliquerunt. Ut edant, men- Ecclesi. 27.  
tiuntur, fallunt, furant, pudicitiam proſtituant, con- vers. 12.  
ſcientiam vendunt. Hi paupertate re optimā profe-  
cto pefſimē utuntur.

Aliter in Patientiæ gymnaſio agendum diſcipulis, qui facibus inopie adurantur. Quivis illorum dicere Psal. 17.  
poſſit: Igne me examinasti, & non eſt inventa in me iniqui- ver. 3.  
tas. Potius extrema omnia toleranda, quām Deus offendendus: Chryſtoſ.  
Mellus eſt mendicare, quām rapere. homil. 9. 1.  
in Mathe.

Bernardus calido ad penuriam affectu: Bonum mihi Ber. ſer. 16.  
ait, Domine, tribulari, dummodo ipſe ſiſ mecum, quām regnare in Ps. Qui  
ſine te, ephulari ſine te, ſine te glorari. Bonum in tribulatione habitat, an- te fin. mihi  
magis amplecti te, in camino (Paupertatis) habere te mecum, pag. 559.  
quām eſſe ſine te vel in celo. Quid trepidanus, quid cunctantur,  
quid refugimus hunc caminum? Sevit ignis, ſed Dominus no-  
biscum eſt in tribulatione. Si Dei nobiscum, quis contra nos?  
Vi ergo Paupertas nemini noceat, illud animo altissime imbi- Iſai. c. 1.  
bendum, omnem inopiam a Deo nobis innuiti Bono no- ſtro: ut excoquatur ad purum ſcoriam noſtrā. ver. 25.

Quemadmodum ſi quando mater filiolum ſuum purpurea togula veſtitum in domus areā diſcurſan- tem ac lucarem, & contra eum Africanos gallos & gallinas (Meleagridas) paſſis alis ereſiſque criftis in- ſurgentēs cernat, m̄bx in aream deſolat, & puerulum harum avium irā ſubducit, cūmque amiculo rubro, cui Meleagrides iraſcuntur, quantumvis flentem exuit, idque parvuli bono facit, nec ſtultis lacrymis move- tur: fleat puer, modo imminens malum exat. Ita nos Deus ſepiſſime deſeruit, ſaſtigates admit, penuriā premit, ſed Bono noſtro. Hac enim unā iatione malis plurimis, & cacodæmoni jam imminent, & infidiani- tibus viitiis ſubtrahimur. At nos infants vociferamur, ploramus, ac querimur necessaria nobis ſubtrahi, ad extremam mendicitationem adagi. Quid, ô infants ſto- lidii, quid ploratis, quid querimini? Bono veſtro hac omnia ſunt. Opes non adimeret Deus, niſi prævide- ret eis vobis plurimum nocuitas; in egeſtatem non deduceret, niſi ab aeterno prænoſſet, vos aliter caelo non potiuit.

Has

# Gymnasium Patientiae. Pars I

Has igitur curas amantissimo patri, imo & fratri providentissimæ relinquit. Sed quisquis tam invitem pauperes, quæso te, patere tuis iterum objectuolis respondeam.

Paupertas, inquis, intolerabilis mihi videtur. ¶  
Certè tu illi potius, quam illa tibi.

*Salm. 10. ver. 4.* Defor & contemnor ab omnibus. ¶ Modò non à Deo; ocalieus in pauperem respicunt.

*Bern. de Convers. ad Cleric. c. 12. & de quinque negotiationibus mihi pag. 174.* O beatæ divites & opulent! ¶ O misera beatitudine! nam opam collectio plena laboris; possepsa plena timoris; anxijsa plena doloris est, divitiae cum amantur inquinant; cum agitantur, onerant; cum minuantur, cruciant.

Quid miserius mendicatur! ¶ An fortè nescis, nemini non notissima? Lazarus mendicus à morte in sinu Abrahæ; dives epulo, in medio gehennæ colloca-tur. Illum Angeli in limbo; hunc diaboli sepelient in inferno.

*Zob. c. 27. ver. 19.* Qui pecunias habet, omnia habet. ¶ Imo nihil habet, si virtutem non habeat, quidquid facere te possest bonum, tecum est. Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperier oculos suos, & nihil inveniet.

Possumus etiam in divitiis esse pauperes. ¶ Certè magnus est ille, qui in divitiis pauper est, sed longè securior est, qui caret divitiis.

Heu quam arca mea inanis est, & vacua? ¶ Quid ad arcum respicias? Conscientiam attende: sat dives est, cuius tranquilla conscientia est.

At necclesiaris nisi defundit. ¶ Fortassis tibi deest industria parandis necessariis? Naturæ minimum petet: sed animus & oculi sunt irascibilis. Nam cupiditas nihil satis est, Naturæ satis est eriam parum.

Pauper ubique jacet. ¶ Res honestissima est, læta paupertas: Cuiunque cum paupertate bene conveniat, dives est. Non qui parum habet, sed qui plus cùpit, pauper est.

Paupertas tam mihi quam aliis plurimum obest. ¶ Nec tibi, nec aliis quidquam obefet, nisi paupertas vestra non ex inopia, sed ex Crato ericetur.

Paupertas in rebus omnibus me impedit. ¶ Dic, Provebit: Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut paupere similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis curâ: frugalitas autem paupertas voluntaria est.

Quidquid dicas grande malum est paupertas. ¶ Da verbo veniam, obsecro, si te mentiri dicat Seneca, qui testatissime affirmit, Nihil mali esse in paupertate, modo quis nondum pervenerit in Hispaniam omnia subvertentia avaritia.

Equid videatur vobis, ô pauperes, quicunque estis, de hoc tali parte? Videatis panem in manu filiolii, similique obseruat infidiantem pani nplössum, jam jämque admorsurum pueri digitos. Atque ideo mox panem eripit infantulo, idque prudenter, non inviens cibum, sed præcavens dampnum. Iesus subsidia vitæ subtrahit, non ut fane pergit, sed ut à vitæ abaceat. Am non siccum plerunque virtus exulat, ubi generaliter estur ac bibitur, largè dormitur, otiose dies ducitur; hic certè vitia in regno sunt.

Ergo beati pauperes, qui paupertatem non relin-  
ctando, Virtuti amicissimam faciunt. Eò genera vox  
*Philip. 4. 3. ver. 7.* Pauli spectat: Quæ nobis fuerit lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Nemo Deo dignus, quam qui opes scit contemne-re. Et verò dives est, cui bene cum paupertate conuenit. Hinc optimè dixit Diogenes: Paupertas virtus est, qua per se disicitur. Res in aperto est: divitiae innumeros, si non perderentur, perderent. Et quis ille tam cautus, qui has spinas traxet, & conscientiam non lata? So-la paupertas ab hoc vepre non sauciatur. At paupertatem non horret, qui beatam immortalitatem aspi-  
rat. Nam, ut verè Gregorius: Quisquis, ait, *¶* solo de ide-

A. no eternitatis figitur, nec paupertate contentitur, nec adver-  
itate quaſſatur.

## §. IV. SERTVM STRAMANEVM.

4. Stramini. Mne genes iſ tristionum, contemptus ac ludibrio-  
rum STRAMINAEVM hoc SERTVM si-neum for-  
gnificat. Tam seva hoc discipulis animadversio est,  
quam alis levis videtur. Fit subinde in scholis, ut ma-  
gister puerum virgas manu tenere, certoque loco sta-  
re jubeat. Hoc pueru grandius supplicium est, quam  
decies virgis percuti. In Hispanis pilæ characeus ad  
rogum ducenti imponitur in ludibrium. Sic Orientis  
Imperator Andronicus, allio in fertum contexto  
redimitus, & scabioso camcio impositus, miserrimam  
triumpfi specie per urbem ductus est.

Contemni, irrideri, ludibrio haberri, humana super-  
bia inter poenas omnium gravissimas numerat. Hoc è  
Superbia humana stramine fertum, merum aliquibus plumbeum, acutissi-  
mis clavis undique confixim creditur; aculeatissimus irrideri in-  
videtur erinaceus. Nihil enim æquè horremus ac pu-  
ter peccata defieri ignominia notari, aut cogi coram aliis erubere.  
gravis-  
f. 3. scire. Hoc morte ipsa sepe gravius videtur. Hinc plu-  
mas ou-  
merat, in reum reorū scipios in carcere necant, ne in specta-  
culum aut ludibrium producer possint.

Supremo die, quo omnium sæculorum mortui re-  
viviscerent, damnato magis quam inferorum incendia  
torquebuit, cogi se fistere Orbi, apicī, judicis voce ac  
digtō notari, oculis omnium devorari. Hinc illorum  
delparatisimæ voces ad alta collum & prærupta  
montium. Tunc incipient dicere montibus: *Cadite super nos;* Luc. c. 23. & collibus operite nos. Mitis illis videbitur, horribili  
montium mole sepeliri vivos, quam cogi tribunal affi-  
stere, fatalem sententiam excipere, à beatis omnibus  
Dei hostes proclamarunt.

Saul hoc Rex Hebreus Saul, hominius ex aſſe nequam nobi-  
le specimen, ubi rerum omnium jacturam, à Samue-  
le disnuntiatam, ubi regnum perditum, Dei gratiam a-  
missam, scipsum à Deo exauktoratum, deplorata om-  
nia inaudisſet, illud unicum sibi retentum cupiens: honorari,  
f. 3. sed nunc, inquit, honora me, coram senioribus populi mei, 1 Reg. c. 14. & coram Israhel. Adeo rebus desperatis, hoc unum exhorta-  
verit, non amplius honorari.

In ut Saul instar struthio camelii calamitates maxi-  
mas velut ferrum concoquere posset; sed in re, ut vi-  
deri potest, minimā succumbat: *Serto stramineo* notari  
acerbum morte judicat. Quæ demum iſorum cauſa bius mor-  
Superbus erat. Ad superbiam contundendam, in Patien-  
tia gymnaſio, nihil aptius quam *Sertu Stramineum*. Hoc vir-  
omni arrogantis deprimentæ nobilissimum instru-  
mentum est. Non potest altos spiritus non submitte-  
re, qui hoc serto redimutur *cfr.*, nec tamen reclamat &  
indignatur.

D At videte semigregiam: Nos quidem summissi, ac  
nōto nomine *Humiles* appellari cupimus, & submis-  
sionem suique despicientiam cano Deus & angue o-  
pimas fine  
dicius. Pænè omnia nobis tolerabilita videtur, si re-  
moveatur ignorancia, quæ vel sola solet opprimere a-  
teminos; sed superbos, & nondum domitos. Modò ab-  
fit *Straminum Sertum*, cetera omnia, prout nobis vanè  
blandimur, toleraturos promittimus. *Stultissima per-  
ſuasio.* Et Cassianus hanc refellens: *Volumus*, inquit, *Cassianus*  
absque castigatione carnis, castimoniam corporis obtinere, sine collat. 4.  
vigiliacrum labore, cordis acquirere puritatem: cum requie car-  
nis, spiritualibus virtutibus exuberare: absque ullius exaspera-  
tione convicii, patientiæ, gratiani posſideret, humiliatem  
Christi, sine honoris mundani exercere jactura; Christo cum  
hominiū laude ac favore servire. Rem verbo dicamus:  
Humiles esse cupimus, sed sine Humilitate. Modò  
Stramineum fertum non nostro capiti gestandum sit.

Hic autem superbie parcendum; nec ullius  
capiti fertum hoc stramineum magis quadrat, quam  
qui

*Divitiae,  
Christo spi-  
ne sunt.*

# Gymnasium Patientiae, Pars I.

13

Senecl. ad  
Prov. c. 4.  
pol. in illis.  
qui illud maximè recusat, huic omnino diadema hoc  
convenit. Eleganter & eruditè Seneca: *Vnde possum  
scire, inquit, quantum adversus ignominiam, & infamiam,  
oditumque populari constantie habes, si inter plausus senescas  
si te inexpugnabilis & inclinatione quicunq; mentium pronus  
favor sequitur.*

In religiosorum hominum qdib; Lectorem mensa unicà subinde vocali Repere, plus exctucia, quām omnis alius religiosæ disciplinae rigor. Atqui luculentum hoc indicium est abstrusa superbia, que nihil minus vult quām Pideri errasse, aut juberi erubescere. Hinc plures tam doctrinā quām sui despiciēti illustres viri, cūm prändentes ut cenantes legendō pascerent, studio nōnullas voces perperam pronunciarunt, ut ipsi suam erubescere incitata monerentur.

Martini  
Delius  
seruū itra-  
mineum  
non ex-  
hortuit.  
Martini Delius parentibus nobilissimis oriundis (quis fuerit vir iste, tot ipsius libri loquuntur) ubi Theologiam aliquot annis apud Eburones professus, Tornacum ire iussus est, ut ex legibus quibus se votu obligat, nonnihil temporis ad quietem sacrāque commentationes à studiorū tumultibus subducearet. Hic illi iterup philosophum Theologumque exuens, inter religiosos tiroches abjectissima quæque munia oblit, & etiam ambit. Lacerā integrā & squallidā lacernā indurus economum comitabatur; & quæ ille in foro emerat, per median urbem spectante omni populo, ad Collegium deferebat Senatus & Censoris basibus, aliis admirantibus, aliis vicissim illudentibus. At ille Stramineum hoc Seruum non exhortuit, non rejecit, in dō decorum sibi credidit. Post annos complures in Societate Iesu positos post cathedras Philosophiæ, Theologiæ, Concionum cum magnā laude diu administratas, id unum pra reliquis, domestici omnes in eo stuperbant, tantum virum, oculis calligantibus, & pñne cæcipientibus gnavorū & prompto libentique animo, dum alii mensē assiderēt, stan tem aut in loco anagostæ solito incommodè sedentem, librum aliquem pium de mōte prælegere, & ad alterius arbitrium accentus & tonos vel inverttere, vel dirigere. Stramineum fertur Delius obviis ulnis applexus, hoc unius in seipso erubuisse, si vel senex erubescere noluisset.

Idem Lant-  
francus fe-  
cit.  
Idem beatus Lantfrancus fecit, vir omni litteraturā egregie imbutus. Hic cūm in cœnobio lectorem mēsa ageret, & ab antistite illiterato, idque contra Grammaticæ leges repetere lecta jubetur, promptissime repetit, & pronuntiavit omnia, ut iussus fuerat. Ornamento scilicet, sibi duxerat Stramineum hoc Seruum: nec pudebat optimum virum Christi causā pudore affici. Idem fecit beatus Aloysius Gonzaga, ut res gestæ ipsius testantur.

Animus in-  
virtute in-  
durans  
involvula-  
bilem la-  
pstant.  
Cūm semel animum virtus induaverit, undique invulnerabilem præstat: nec dolor alius nec ignominia sauciabit. Num tu putas hominem divina Voluntati verē devotū, ignominia moveri posse, qui a vulgi opinionibus iam secus est, qui suum honorem omniū iam in Christo reposuit? Plus etiam quām ignominia, est mors ignominiosa. Hoc tamen tot millia sanctissimorum martyrum eodem vultu adierunt, quo aliis diademata & purpuram admittunt. Rexit maritum, Christus, mortem longè ignominiosissimā vel ideo etiam tulit, ut doceret suos non refugere ignominiosa pati, sed facere. Nemo suavius ab alio contemnit, quām qui seipsum prius contempnere didicit.

Verus sui ipsius contemptor contumelias has omnes infilarum loco habet: & tum denique sibi plurimum applaudit, & gratulatur, cūm largissime irridetur. Si quidem ea demum vera est gloria, pro Christo contemptum & probra omnia minima maxima, æquanimiter tolerare. Discipuli Christi stipulis prius qd spinis coronantur, quām auro & gemmis.

Tom. II.

Rex David Amalecitas insecurus servum Egyp-  
tium fame & morbo pñm confectū in campo repe-  
rit, cūmque de patria domo, gente accuratius interrogavit. At ille: *Puer Egypcius ego sum, inquit, servus viri Amaleciti: dereliqui autem me Dominus meus, quia regnare capi nudus fuit.* Hunc David exacto jurejurando in comitem adscivit. Hęc secum beatus Gregorius ex pendens: *Hos, inquit, eligit Deus, quis despicit Mundus, quia Gregorius puerus qui ipse in despectu hominem revocat ad seipsum? Stra- in Evang. mineum seruum neminem damnosā afficit ignominia ni- si superbū & impatiencem.*

1. Re. c. 30.  
vers. 13.  
Exeamus igitur (ut beatissimus Paulus horratur)  
Exeamus ad Christum Iesum extra castra, inproperium  
ipsius portantes. Ad eruentum Christi in cruce solum  
ducem habemus Paulum, qui hortatur sequi, *Per gloriam & ignobiliter geni, per infamiam & boni famam, ut selectores & veraces.* Comites in eadem hac via innumeros habe-  
mus fortissimos heroas, qui ludibria & cerbera exper-  
ti, insuper & vincula & carceres. Ut corona adipisci-  
tent aurea, toleranter gestarum straminea. Nondum felix, nondum beatus est, qui contemni & irritandi nescit.

## §. V. BACILLI.

5. Bacilli.  
**H**VMANITATIS misericordia quotidie vitam rellicantem BA-  
CILLIS representantur. Nunquam profecto  
deest, quod patiarū: dum stamus, dum sedemus,  
dum ambulamus, dum edimus, bibimus, quiescimus,  
innumeris tñs molestia ingerunt; cum incommodis  
nostris quotidie rixamur. Dici potest: in hoc gymna-  
sio magister nunquam bacillus de manibus ponit. Vix  
ullus est mortalium, cui non quotidie molestiarum  
aliquid tolerandum. Sed pleraque ista propter quæ  
indignamur, offendunt non magis quām lædunt.

Init. Chrys.  
Religiosissimi Thomæ illius verba neminem non  
spectant: *Miser es ubique fueris, & quocunque te venteris,* lib. 2.  
Confessus ad Deum te convertas, *Dispone & ordina omnia secundum* c. 22. in iu-  
*rum velle & videre, & non invenies nisi semper aliquid* sp. 1. 2. 12.  
*par, aut sponte aut invitate. Converte te supra, converti te infra,* nu. 3. & 4.  
*converti te extra, converte te intra: & in his omnibus invenies crucem:* spirit. c. 2.  
*& necesse est te ubique tenere patientiam, si interna viis habere patisti, & perpetuam promererri coronam.*

Blos. infit.  
Hæ misericordia licet tolerata facile, quia tamen quo-  
tidiani census sunt, meriti misericordie augenç modò Dei  
causa toleretur. Ludovicus Blosum optimè docet, non  
esse minimum quid, molestiam vel minimè pro Deo toleratam, spirit. c. 2.  
De omnibus his talibus & molestiis & miseriis il-  
lud verissime pronuntiantur: *Onerosum, sed meritorium:* proprios fa-  
modò is qui patitur, pro Deo patiatur, & animo vo-  
lente. Nam ut Augustinus loquitur, *Discutit Deus, quid* Augusti in  
*psalm. 81.* *quique voluerit, non quid potuerit.* nope finem.

1. Re. c. 25.  
vers. 29.  
Abigail seminarum prudentissima, cūm omne ge-  
nus esculentorum ferret placando Davidi, munus hoc  
insuper egregia oratione commendans. Erit anima  
Domini mei, c. 25. cui socius quasi infasciculum virgentium, apud  
Dominum Deum tuum. Potrō inimicorum tuorum ani-  
mā torabitur, quasi imperi, & circulo funde. Hic sa-  
piens herois illustrissimā comparatione dñe  
vendi rationem, quam improbi probique tenent, præ-  
fertim in tolerandis vitæ miseriis. Bonæ mentis homi-  
nes instar recentium florum sunt, quos olitor paulo  
stringuntur, & ne diffundent, in fasciculum colliga-  
vit filo. Flores hi arcte quidem stringuntur, clamore, si  
possent, testatur suum dolorem. Verum hac ratione  
flores cōjuncti manent, & diutius vivunt affusa aqua, Probū  
flores a-  
stringuntur per mit-  
series, ut  
possint, testatur suum dolorem. veatut.

Hoc florum vinculum, quoridam miseras inter-  
pretor, quæ si non suavus, certe purius docent, vive-  
re. Res exemplo mōstratur: Esurio: Ut ergo fani op-  
tuler, coci benevolentiam ambio. Sitio: Sed cellarium  
agere nos placet, ergo famili operam adhibeo. Ve-  
ste indigo: At suere non possum, ego fatoris indu-  
stria quaer. His indigere, miseria quidem est, at

B. fictione.

sic nonnihil humanior fio, & alienâ operâ dêvior ad amandum. Si essent qui neminis egerent ope- râ, neminem vel mitiore verbo dignarentur. Sic ani- ma proborum cufodita est velut in fasciculo viventum.

**Improbi autem ut lapides in fundâ ro- tantur ut abiciatur.**

*Psal. 87. vers. 6.*  
*Glossa Or. dinaria.*

*Luc. e. 9. vers. 23.*

Longè disimillima ratio est improborum. Sen- tiunt quidem miseras quotidianas & ipsi, sed eos esse lapides dixeris, quos funda rotat quo longius projiciantur. Nolunt improbi legibus stringi, laxissimam ambienti libertatem, cupidines suas sollicite sectantur, nec arceri se sinunt à suis delitios. Itaque in fundâ ja- cent non ligati, sed rotantur huc illuc, in omnes ne- quitiae species vagi. Tandem post tot petulantiae gy- ros excutuntur, impulsi sunt de manu Dei.

Quapropter ut vetus interpres loquitur, Fasciculus astrigitur ut conservetur, lapis in fundâ ponitur, ut abiciatur. Singuli secum despiciant, quâ ratione quo- quotidiana miseras ferant, an ut flores ligati, an ut lapi- des rotati.

Rex crucifixus Christus, ad portandam Crucem invitans, non annuam, non menstruum, nec unius hebdomadis, sed quotidianam crucem offerebat, & teste Lucâ dicebat ad Omnes: Si quis vult post me venire, abne- get semetipsum, & tollat crucem suâ quotidie, & sequatur me.

Chrysolomio valde afflitor, qui vitam nostram onerariæ navi, qua adverso flumine trahitur, simili- mam esse dixit. Cogita turbas, tumultum, miseras in hac tali nave affidias. Hic clamores perpetuos diu noctûque audire cogeris: hic somnus brevior & tur- bator: hic cibus nauticus, & qualis in ipso navigio incommodè coquitur: hic progressus navis morolus & restudineus: hic perpetuae & alia ex aliis molestiae oritur: jam funis rumpitur, jam carina saxo illidi- tur: jam equus concidit, jam ex equo auriga decidit, jam nauticus explorator periculum incidit: modò na- vis offendit & in vacuo hæret, & quia in ejusmodi na- vigiæ plerumque multum vini vehitur, dolarius vice- tor templer aures obrundit, dum dolia munit ne rimas agant, aut musto rumpantur: cum in navi aliquan.ula quies foret, è cælo turba sunt: jam praecipex nox hæ- rete cogit, jam procellosus ventus jubet listere, jam pluviae, jam foedissimæ tempestates alia aut morari, aut tardius progrederi volunt. Hic nūquam deest, quod molestem sit. Talis omnino vita nostra est, affiduis miseriis plena, nunquam non ingerit quod patiamur. Adverso flumine, ait Chrysolomus, in celum navigamus, & tu queris, ne qua tibi difficultas occurrat.

Quotidianas ergo molestias non nisi quotidiana vincit patientia. Vnusquisque tollat crucem suâ quotidie.

Hic plurimum promeriti, nec non tam diffi- cultate tolerandorum, quam affiduitate. Recte pietatis sen- si Mathois abbas dicere solebat: Malg aliquod leve opus & continuum, quam grave quod citò finiatur. Non minus patiens est confendus, qui quotidie suam patientiam gelut ad palum exercet, quam qui grandia fert onera, sed rarò. Imò sit quandoque ut magna vincamus, & in minimis succumbamus: injuriam gra- vem ferimus, & pulci aut mulcæ impatientissime ira- scimur. O pax graviora!

Narrat Dionylius Carthusianus, sui Ordinis tiro- rem principio alacrem, & ad omnia prôptim, paulla- tim cœpisse lassesceres, & inter onera numerare, quæ initio facilissima videbatur. Illud præcipue religiosum juvenem vexabat: niger ei cucullus, ut tironi, feren- duerat, hunc ille intuquissimis oculis intueri, & trabalem crucem credere, quod aliquam neminem fatigavit. Fuit ut huic juveni promeridianu somnu conciliaret altissimi silentii quies. Dum dormit, somniat Christum cum prægredi cruce per eccloniambulacrum incedere, & alcensum moliri per scalas, nec tam progreedi posse, ob immodiham crucis molem. Igitur ille ipse tiro, qui hoc somnabat, visus est sibi accusare, & ad-

A juvare velle laborantem. At cum Christus torvè in- tuens: Et tu, ajebat, impatientissime, in mea mihi fe- rendâ cruce sis auxilio? Tuan portare nequis, & alios juves? Evigilavit tiro ad has voces, & suscepit, robu- stiora patientiae spicmina datus.

Idem nobis frequenter venit: ardua quandoque perferimus, & à minutis jacemus vici: Tironi illi diximus: Quid hoc vestimenta genus te cruciat? cu- culus, quem horres, atque quidem est, sed levis est, & pro ritu familiæ, quâ amplexus es, tironibus omnibus gestandus. Dicamus hæc talia, obsecras, & nobis ipsi: Fames, siti, frigus, æstus, malignum celum, molesta statio, injuncta ambulatio, plena tædii fatigatio, im- portuni amici, turbates libes, ignavi famuli, uxori ira- cunda, miseriae sunt non ansæni coloris, sed facilis pa- tientiae; inodò eas velimus ferre non repugnante, ipsa ferenda affectudine molliuntur, & superantur. Bacilli sunt, non trabes, & eò plerunque minus feriunt, quod feriuntur rebus. Eruditè hæc submonet Tertul- lianus: Abst à servo Christi, ait, tale inquinamentum, ut pa- tientia majoribus tentationibus preparata in frivolis excitat.

D E V S Davidi regi amantissime pollicitus: Ego 2. Reg. c. 7. ero, inquit, eis in parem, quisi inique aliquid gesserit, argum. vers. 14. eum in virgâ virorum, & in plaga filiorum hominum. Ni- mirus ut pater aut præceptor discipuli manum ferula solet increpare: leuisictus, & brevis dolor.

Ita D E V S virgâ virorum, & plagiis hominum, mi- seris inter homines non ignotis corrigit, ne paternâ labiane disciplinâ exleges limus, in omne flagitium animosi. Tunc enim peccandi crescit audacia, cùm metus demittit dandi peccatas. Ideo Sionis Rex: Virga Psalm. 22. tua, inquit, & baculus tuus; psa me consolata sunt. Fassus le- vers. 4. filium errantem, agnouit patrem leniter castigantem.

Eruditè dixit Seneca: Non sentire mala sua, non est Sen. de Con- hominj pô ferre mala sua, non est viri. Esurire, algere, fitre, fol. ad Poly- ceterisque vitæ molestias subire, onerosum quidem, sed beatum. 6. 36 tamen meritorum. Vergamus hæc tolerare. Hic etiam alucta non gravi sperandum est præmium immortale.

## CAP VT V.

Alia quinque genera pœnarum singillatim etiam exponuntur:

F Estivum apologum recens Suidas: Abies, inquit, & Rubus jurgio contendebant. Abies Rubio, Ru- bus Abieti multa exprobabant; ad graves etiam ver- borum contumelias descendebant. Tandem Abies: Quid multis, inquit, opus est? Ultimū tuum hospitium est furnus, aut fornax, neque enim ad aliud quidquâ usui es, quam ut igni ticipium subiicias in pabulum. Hoc te fatum manet; hic tibi locus debetur; ab igne demum devorandus es. Ego quidè, neque enim nego, darius tractor, ferro succidor, ad molam ferrariam devisor, dentibus ferratis divisor, exinde fabris dol- lardæ & secundæ trador, hic etiam pelle mea spolior: hec tamen omnia mihi honori sunt & laudi, nā ex me sedilia, domus, navigia, templa sunt, ubique sum uisi.

H ec vera (sic loquar) in Orbe fabula est. Hoc dis- crimine improbi probique vivunt; illi ut rubus de- dum in flamas abripiuntur, isti ut abies rectæ in altum cælo crescunt. Variè quidem afflictionis ferro faucentur, dejiciuntur, circumsecâtur, fortunis ut pelle spoliuntur. Sed non refert, sic ad ædificium cælestis aptantur, rubis ad ignem destinatis: Abies dum le- duntur ferro, poliuntur, ut jam suprà demonstravimus. Et istius quidem politura quinque instrumenta. Virgas, Sagittas, Faces, Seruum Stramineum, Bacilos explicatè pro- posuimus. Addimus nunc quinque reliqua, Laqueos, Fu- stes, Palliæ, Flagra, Sacrum, ultimatam in Patientia gym- nasio supellecilem, cuius singulas partes exponemus.

S. I. LAQVEI

*Pelag. libel- lo 7. n. 11.*  
*Virg. lib. 1. Aeneid.*